UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 121. Cardinalis Borromæi epistola ad Pium V. circa hoc periculum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67213

Visual Library

Sæcul. XVI. A.C. 1569.

dies ad Dei honorem, atque animarum ſalutem cum majori adhuc ſtudio, quam hucuſque ab eo factum, impendere decrevit, ut Deo redderet, quod jam ſecunda vice ſe a paterna ejus miſericordia accepiſſe profitebatur.

§. CXXI.

Cardinalis Borromæi epiſtola ad Pium V. circa hoc periculum.

Giuſſ. c. 23. Ciacon. p. 894.

Poſtea circa hoc facinus, de quo mentionem fecimus, Archipræſul ſequentem epiſtolam ad ſummum Pontificem dabat his verbis conceptam: *Quod mihi ante tres dies accidit, Ormanetus exponet Sanctitati tuæ: id auribus tuis moleſtum erit, ſed Domini Dei noſtri miſericordiam etiam indicabit, qua uſus eſt in me, haud uſitata ratione protegendo: neque id merito meo, qui nihil ejuſmodi ſum meritus, ſed vel loci, officiique mei gratia, vel ut longius, quod mihi opus eſt, ad pœnitentiam temporis ſpatium daret, aut cum aliis de cauſſis, quæ nobis curioſe inveſtigandæ non ſunt: eſt igitur hac in re potius, unde lœteris, quam moleſtiam capio: equidem Deo gratias ago, ſperoque non ſine fructu hoc fore honoris, & Gloriæ Divinæ. Sanctos pedes tuos oſculor, tibi omnia bona precor.*

§. CXXII.